



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput II. De Applicatione Missæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quæ illi gratæ, propter illud dubium debetur, ejusmodi timorem facile superat.

CAPVT II.

De Applicatione Missæ.

§. I. Præmittuntur quadam necessaria de offerentibus Missam ejusque valore.

1. **V**T facilius ea, quæ dicenda sunt de Applicatione Missæ, percipiantur; Præmittendum est cum Delugo de Euchar. d. 19. sect. 9. n. 122. & sect. 12. n. 239. in hoc Sacrificio, intervenire eos, qui offerunt, & eos, pro quibus offertur.

Qui offerunt sunt, Christus Dominus, qui est principalis Sacerdos, Celebrans, qui est Christi minister, Ecclesia, seu cœtus fidelium, qui designat talem Ministrum, qui ipsius Ecclesiæ nomine offerat, Circumstantes qui faciunt unum suo modo cum celebrante; Denique dantes elemosynam pro dicenda Missa.

1. pro quibus offertur, sunt ipsi iidem Fideles defuncti vel vivi peccatores, vel iusti, &c. pro quibus intendit actualiter, vel virtualiter Sacerdos offerre.

2. Jam circa hos omnes, possunt considerari tres effectus Sacrificij. Ita idem, & passim. Theolog. Primò meritum, quo scilicet offerentes, vel ij, pro quibus Missa offertur, seu quod idem est, applicatur, merentur, sive gratiæ augmentum, sive auxilla Dei ad actus virtutum. Secundò, Impetratio, quia iidem per Missam impetrant à Deo bona spiritalia, & temporalia. Tertiò, satisfactio, qua iidem satisfaciunt pro pena temporalis in hac, seu in alia vita, peccatis ipsorum debita.

3. Et quidem hæc tria (quæ uno vocabulo vocantur fructus, seu emolumentum Missæ) considerari possunt, vel ex opere operato, id est quatenus habentur, ex vi ejus, qui est principalis in hoc Sacrificio, nempe Christus Dominus, vel ex opere operantis, id est, quatenus habentur ex vi operationis, seu actionis ipsius Sacerdotis, vel circumstantium, vel dantium stipem. An autem Meritum, quod habetur ex hoc Sacrificio, sit solum ex opere operantis, an verò etiam ex opere operato, & an is fructus, qui in Missa habetur ex parte Ecclesiæ, sit dicendus haberi ex opere operato, an operantis, & similia pertinent ad Theologos Scholasticos. V. Delugo disput. cit. 19. de Euchar. sect. 9. n. 122. juncto n. 136. & 150. & sect. 9. n. 125.

4. Illud certè, quamvis Scholasticum, pertinet non-nihil ad nos; An valor, seu fructus satisfactionis, qui haberi à Missa potest ex opere operato Christi, sit infinitus, an finitus? Breviter respondeo, certum esse, infinitum esse in actu primo, est enim ipse Christus, seu ejus infinita merita. Verum, an Christus voluerit ut infinitus esset in actu secundo, ita ut una Missa actu satisfaceret, ex opere operato, pro pœnis debitis finitis in infinitum, id certè est quod hic quaeritur.

5. Triplex autem potest esse sensus quaestionis. Primum, An fructus Missæ sit infinitus respectu omnium personarum (quæ esset infinitas veluti extensiva) & sic una Missa applicata omnibus, & singulis Fidelibus, sufficiat perfecte pro illis. Et in hoc sensu, fatemur omnes, non esse fructum Missæ actu infinitum, quia frustra multiplicarentur Missæ. & quia, ut dicemus, quantitas, ut ita dicam, talis fructus, limitatur à dispositione conjunctumque fidelis, cui applicatur. Ita idem ibid. sect. 10. n. 200. cum Suar. Vasq. alijs.

6. Secundus. An sit infinitus respectu unius personæ, & sic una Missa applicata, uni personæ, v.g. defunctæ, tollat ab illa omnem pœnam ab ipsa debitam, etiam si hæc pœna major, & major in infinitum esse supponatur. Et in hoc sensu omnes similiter fatemur, non esse fructum Missæ actu infinitum. Ita Marchinus de ord. tract. 3. p. 2. c. 12. num. 12. & 13. aliique citati, & citandi

quia quamvis hic fructus augeatur pro meliore ratione subiecti pro quo Missa applicatur, unde & dici in Missa esse valorem infinitum syncategorematicè, cum dependeat tamen à prædicta dispositione, semper finita erit, finitus erit & fructus. Quætem, Deus solus novit. Nam propterea, ante ceteros plures, & plures Missæ, pro uno, eodemque applicata Delugo de Euchar. d. 19. sect. 12. n. 243.

7. Tertius sensus est. An fructus Missæ sit infinitus respectu multarum personarum, & sic una Missa applicata pro multis tantum singulis prodest, quantum singulis, ita ut si Missa applicetur, v.g. pro decem, dividatur emolumentum Missæ in decem partes singuli, secundum suam dispositionem, licet tantum fructum, ac si, pro uno solo, applicata fuisset Missa.

7. Et in hoc sensu magna quaestio est inter Theologos: duæque sunt sententiæ. Affirmat Valer. de Euchar. 231. c. 2. Castropalaus de sacrificij dispensatione num. 11. alique. Negat cum contrarii Suar. de dispensat. 79. sect. 12. §. 2. Dico secundo, aliqui & ratio potissima est, quia, si una Missa tantum valeat pro multis, si applicetur pro multis, valet pro uno, quantum, si applicetur pro multis, valet pro uno, apud Fideles ab Ecclesia tot annis approbata, applicetur Missa pro uno defuncto particulari, & particulari satisfactione; cur enim non applicetur etiam pro multis, & cum multis? & cur tam talis est fidelis, ut pro se particulari Missa applicetur? Sanè non propter aliud, nisi quia fructus satisfactionis diminuitur ex consortio alterius, ita dicitur, ut sic tantum Sacrificium, frequentius celebratur. Non ita se habet auditio Missæ: nam, cum multi eandem Missam, non tamen, ex consortio alterius, minuitur pro singulis, fructus respondens auditui Missæ singulorum: At in applicatione, diminuitur, diximus, & maximum argumentum hujus veritatis, hoc ipsum quod dicimus, quod, scilicet, Fidelis, antiquo Ecclesiæ more comprobato, non sunt solus, ut soli audiat Missam, sunt vero multum solus, pro solis, idem Sacram applicetur.

His delibatis, ad ea, quæ magis pro casibus celebrantur faciunt, accedamus.

§. II. An applicari possit Missa pro infidelibus.

1. **Q**uidam infidelis, v.g. Turca audiens à Christianis quanti valeat Sacrificium Missæ offerri, petit Sacerdotem, ut pro ipso faciat Sacram. Postquam primo id accipere elemosinam. Secundo, postquam pro ipso celebrare. Respondeo utrumque posse, licet tamen publice non nominando, ne deus occasione rationis, vel scandali in populo. Ita Suar. de Sacram. disput. 78. sect. 2. §. 2. Dico tertio aliqui apud Marchinum negantem tract. 3. de ord. p. 2. c. 7. num. 1. Ratio est, quia Infideli (quamvis solum in uno) prodest Missa, licet enim illi non prodest, quoad meritum; siquidem talis, qui propter privationem gratiæ, est Dei inimicus, non est in statu meriti, neque prodest quoad satisfactionem, quia satisfacere pœnæ quis non potest, donec sit peccato mortali, neque enim pœna ulla remittitur, cui actu debetur pœna æterna; ut dicam tamen Impetrationem (etiam ex opere operato, ut dicam tamen §. 3. numero 4.) quatenus ei impetrari possint, ex opere operato, aliqua bona temporalia, immo & spiritalia, ut sunt aliquæ bonæ inspirationes, & auxilla, ut Deus aliquantulum placatus, cum infidelium viciis adhi dem.

2. Dices; ergo Sacerdoti non licebit integrum fructum accipere, siquidem nec integrum Missæ fructum attribuire potest. Respondeo, neque actu peccatum potest celebrans applicare totum fructum, ut mox dicemus, & tamen nunquam hunc fructum prodest Sacerdoti, quasi non possit tibi cognito peccato te integrum stipem accipere. Dico igitur, ex una parte

fructum impetrationis tantum esse, ut superet omnem utilitatem pecunie: & ex alia, infidelem, vel peccatorem offerentem elemosinam, velle interpretative, illud quod velle rationabiliter potest. Cum igitur possit, solum participare de fructu Impetrationis; hanc solum, & nihil præterea, velle præsumendus est.

§. III. An, & quatenus Missa offerri possit pro Cathecumeno.

Valde differt, à præcedenti, præfens quæstio: nam hic supponimus Cathecumenum esse ex vi conditionis in gratia, & solum ei deesse Baptismum, per quem tanquam per ianuam visibilis Ecclesiæ in illam ingrediuntur Fideles: at infideles semper supponuntur sine gratia, & Dei inimici. Quæritur ergo, an Sacerdos possit stipem accipere à Cathecumeno, illique Missam fructum applicare?

1. Dicimus posse utrumque, si enim potest pro Infideli, multo magis pro Cathecumeno; cui saltem prodest Missa quoad impetrationem sicuti prodest Infideli, modo dictum est. Doctrinæ tamen, & curiositatis gratia, modo dictam impetrationem, tum de satisfactionis fructu, ex opere operato addo sequentia.

2. Quoad satisfactionem. Quamvis non desint qui concedant Cathecumeno existenti in gratia prodesse effectum satisfactionis, ex opere operato, si pro ipso offeratur Missa, unde si sit in Purgatorio iuvati per Missam possit, sicuti ceteri baptizati: ita Lexan. v. Missa, n. 7. alique apud Lud. à Cruce in exp. Bull. Crac. disp. 2. c. 8. n. 18. vide etiam Fagund. lib. 3. de primo præcept. Eccl. c. 12. num. 29. & 30. Communior tamen opinio negat. Ita Suar. de Sacram. disp. 79. sect. 10. §. Primo igitur. March. de ord. tract. 3. p. 2. c. 7. num. 3. alique ab ipsis citati. Ratio rationis illa afferunt, quia Ecclesiæ per suos Ministros non potest applicare fructum satisfactionis Missæ, nisi illis, qui sunt de membris suis, hoc est, de Ecclesiæ visibilis, in quam sit ingressus per Baptismum, quales nondum sunt Cathecumeni. Probabiliter quidem, sed ego libens sequor opinionem affirmantem, & huic rationi respondeo, Cathecumenos non esse omnino extra Ecclesiam visibilem, sed aliquo tandem modo ad illam pertinere, siquidem propter fidem, quam iam animo conceperunt, & iam externè professi sunt; inchoativè sunt de visibili Ecclesiâ, Exemplum dare soleo de Novitiis aliorum Religionis: ij enim verè Religiosi, nequaquam sunt, pertinent tamen ad Religionem, suntque imitativè eius Religionis, cuius habitum susceperunt. Unde, sicuti iidem participant de Religionis susceptæ privilegiis, ita putandum est, Christum Dominum nonnullis excludere de suæ Passionis satisfactione, fructuque Sacrificij eos, qui aspirant ad Baptismum, atque externa etiam petitione deprecantur.

3. Quoad impetrationem. Facilius certe conceditur, quoad ipsam ex opere operato, prodest Cathecumeno, tum propter rationem insinuatam, quod Cathecumenus imitativè pertinet ad Ecclesiam visibilem; tum universaliter, comprehendendo etiam Infideles: quia hoc Sacrificium, ut est impetrativum, utriusque ex opere operato, potest Deo offerri ex Trident. sess. 22. can. 3. pro quacunque re obtinenda, etiam temporalis, ut pro pluvia pecoribus, aliisque necessitatibus, Mirum autem esse (ut hic Delugo de Euchar. disput. 227. c. 2. §. 3. negantem, sed com Suar. de Sacram. d. 78. sect. 2. §. Dico tervò, & d. 79. sect. 10. §. Primo igitur: concedente) quod Missa possit offerri ad impetrandam sanitatem bovis, non autem ad salutem amico Infideli. Nec deest ratio, quia simul dissolvuntur argumenta contraria, nam impetratio non respicit immediatè personam, cui confertur beneficium, sed personam, quæ postulat, unde qui petit sanitatem bovis non dicitur offerre pro bove, sed pro se, ut impetret sibi immediatè illud beneficium sanitatis bovis; Ita ergo etiam dato, Missa immediatè pro non baptizato offerri nequeat; poterit, pro se ipso Sacerdos

Part. II.

offerri, qui tanquam proprium beneficium, impetret salutem non baptizato.

§. Sed hæc Scholastici tractant; illud collige, possit sine scrupulo à Sacerdote applicari Cathecumeno Missam, quæ iam proderit, quoad fructum impetrationis certò, probabiliter verò, quoad fructum satisfactionis.

§. IV. An Offerri Missa possit pro Excommunicatis.

Excommunicati alij sunt tolerati, seu quod idem est non vitandi, alij non tolerati, seu, quod idem est, vitandi. Et quidem publicè denunciati nominatim, & publici percussores Clericorum sunt vitandi: ceteri omnes non vitandi.

2. Præterea, Sacerdos (ut rectè distinguit, cum alijs Coninch. disp. 14. de excom. dub. 6. n. 36.) triplicem personam repræsentat. Primò immediatè ipsius Christi, cuius tanquam principalis offerentis, sacrificium, eiusque fructum ex opere operato, alicui applicat. Secundo, ipsius Ecclesiæ, tanquam cuius legatus, sacra officia, & sacrificia celebrat: & in his duobus agit Sacerdos personam publicam. Tertiò repræsentat suammet personam, & sic agit personam omnino privatam: sicut enim possunt hoc Sacrificium offerre Deo circumstantes, vel dan-tes stipem; ut privata personæ, sic poterit & ipse Sacerdos. His politis.

De Sacerdote ut privata persona pro Toleratis, & non Toleratis.

3. Dico primò. Sacerdos, ut privata persona, potest applicare, seu offerre Missam, pro Excommunicatis, sive Toleratis: Ita Coninch. ibid. num. 37. quidquid dicat Faber, & Latomus apud Dianam part. 5. tract. 9. ref. 77. Ratio est, quia Ecclesiæ excommunicatos privat solum communibus, hoc est, publicis suffragiis, atque adeo solum Sacrificio, ut offertur in persona Christi, vel Ecclesiæ.

4. Hinc infero etiam posse Sacerdotem in Sacrificio orare pro dictis; dummodo id faciat privatim, seu solammente, & non per orationes, quæ nomine Ecclesiæ dicuntur. Ita Coninch. ibid. & Delugo disp. de Euchar. 19. sect. 10. num. 184. Ut item possit in Memento, orare pro iisdem. Ita idem, & Gordonus, & Cornejo apud Dianam part. 5. tom. 9. ref. 77. quia, ut dictum est, hoc modo Sacerdos agere potest nomine privato, non vero Christi, & Ecclesiæ. Immo propter easdem rationes, dum dicunt orationes publicas, v.g. orationem pro infirmis, potest animo suo privato intelligere infirmum excommunicatum, etiam non toleratum.

De Sacerdote, ut persona publica, quoad non toleratos.

5. Dico secundo. Non posse Sacerdotem, ut publicam personam, hoc est, nomine Christi, vel Ecclesiæ, applicare Sacrificium pro excommunicatis vitandis, vel ut sic pro illis orare. Ita Coninch. ibid. Ratio est, quia Ecclesiæ id directè prohibet, dum per excommunicationem illos privat communibus suffragiis, nec unquam ita temperavit, sicuti temperasse, mox dicemus, pro toleratis.

6. Sed, quid, si quis non toleratus sit contritus, perque ipsum non sit ut absolvetur, censendumne est, cum, qui est Dei amicus, & per Chritatem ipsi Ecclesiæ unitus, tan graviter puniri? Non ita propter hanc rationem, putant Navarrus, Covarruvias, alique ovis sequuntur, & citant Fagundez 1. Eccl. præcept. lib. 3. c. 12. a. n. 6. & Marchinus de ord. tract. 3. p. cap. 10. num. 6. Sed contrarium docent Sotus, Coninch. & Hurtadus d. 4. de excom. diff. 5. qui citat eisdem, quia adhuc est excommunicatus, eumque sic, ad terrorem aliorum,

L 3

punire

punire quasi invita constringitur pia Mater Ecclesia. Verumque probabile, hoc posterius probabilius.

7. Hinc infero peccare mortaliter Sacerdotem si secus faxit, sique elemosynam, pro hoc recipiat: quia in re gravi, & contra tam gravem prohibitionem operaretur communicando in sacris cum excommunicato non tolerato. Insuper teneretur ad restitutionem stipis acceptæ, quia nullum spirituale fructum ex opere operato, id est, proveniente ex parte Christi, & Ecclesiæ (qui est fructus, quem maxime, fideles per stipem requirunt) illis conferre potest. Vide infra lib. 3. cap. 1. §. 9. num. 5.

De Sacerdote, ut persona publica quoad Toleratos.

8. Dico tertio, pro Toleratis an possit Sacerdos ut persona publica orare, ipsique Missam applicare, esse vulgarem questionem. Negat Suarez, Vasquez, alique quos citat, sequiturque Bonacina de excomm. disput. 2. quest. 2. p. 1. §. 1. num. 1. & Marchinus de ord. tract. 3. p. 2. cap. 8. num. 18. Concedit Coninch Henricus, Navarr. alique apud eundem Bonac. quibus adde Hurtad. de excomm. disp. 3. diff. 4. & Delugo disp. 19. de Euch. sect. 10. num. 187. Hi concedunt, quia Concilium Constantiense in Extrav. Ad vitanda, universaliter permittit in quibuscumque divinis, vel extra, cum excommunicatis toleratis communicari posse. Illi negant quia concedunt per hæc Concilij Constantiensis verba alias ceteras communicationes, etiam in sacris permitti, non vero hanc applicationem Sacrificij, quia cum hæc fiat sola mente, & longe distante ipso excommunicato, communicatio proprie non est: Vtique probabiliter, sed hi qui benignius loquuntur, sunt hilarius excipendi, suffragaturque ratio, quia hæc concessio data à Constantiensi ad dilatandas conscientias fidelium, restringenda non est, sed extendenda ad communicationem, licet non tam proprie dictam. Ita Sanchez in decal. lib. 2. c. 9. num. 4. Et quamvis id faveat ipsis excommunicatis, quia tamen id illi redundat ex confessione facta fidelibus liberè orandi non erit nisi favor indirectus, qui non negatur Toleratis. Ita Layman. lib. 1. tract. 5. c. 4. n. 5. Sotus & Sanchez apud eundem.

9. Adde neminem vocare in dubium, quod Toleratus possit admitti cum aliis fidelibus ad audiendam Missam, & tunc, iam Sacerdos publicè orat pro ipso, dum dicit (pro omnibus circumstantibus:) Ita Delugo disp. de Euch. 19. sect. 10. n. 189. Item cum eodem Tolerato possumus recitare officium, vel etiam cantare in Choro, tunc autem oramus publicè pro ipso, dum dicimus (miserere tui omnipotens.) Ita idem ibid. Item, ipsi si sit alias dispositus, communionem potius possumus, proque illo publicè orare dicendo (Corpus Domini nostri custodiat animam tuam) Ita idem ibid. Item possumus admittere Diaconum Toleratum ad cantandum Evangelium pro quo orat Sacerdos quando dicit (Dominus sit in corde tuo) Ita idem ibid. Quæ omnia quamvis facta, ut à personis publicis, sunt permilla cum Toleratis à Constantiensi, ergo similiter est permilla quæcumque communicatio in sacris, atque adeo in Sacrificio.

10. Dices cum Marchin. de ord. tr. 3. p. 2. c. 8. n. 3. & 10. implicat esse excommunicatum, & pro ipso, posse suffragia publica applicari; quia quidditas excommunicationis est privatio communium suffragiorum, sicuti excommunicationis quidditas est privatio lucis. Respond. o Quid ditas excommunicationis solum est privatio talium suffragiorum, ut directè illis faventium, hoc verò ut indirectè; At in casu nostro ex modo dictis n. 8. in fin. hoc posterius affirmamus, non illud prius.

11. Ex his infero primo, quod feria sexta Hebdomadæ Sanctæ dum Ecclesia orat publicè pro Hæreticis, & Schismaticis, licet dici possit, vel tunc ipsam sibi dispensare, vel orare directè pro dilatatione ipsiusmet Ecclesiæ Catholicæ; unde solum indirectè orare censetur pro Hæreticis: tamen post Concilium Con-

stantiense, facilius dicendi modus est, offerretur ipsi re directè pro Hæreticis Toleratis; non Toleratis, qui sane paucissimi sunt, vel non comparentur ut sic tertiò respiciant, vel si comprehenduntur, his utitur prædicta dispensatione, vel prædicta indirectè.

12. Infero secundo, Sacerdotem posse sine peccato recipere stipem à Tolerato, ut pro ipso Sacram. publica persona, celebret; iam enim pro illo celebrabit. Ita Layman. lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 4. n. 5. & Sanchez sur. lib. 2. c. 4. n. 6.

Id autem dupliciter evenire potest. Primo, si Toleratus, ex se accedat ad Sacerdotem, petatque pro se Sacram. Secundo, si Sacerdos accedat ad Toleratum, ferendo suam missam pro ipso, petatque elemosynam. Hoc secundo modo, esset licitum Sacerdoti, licetum ipsi Tolerato, dare elemosynam tali Sacerdoti, est probabilissimum, ex Layman. loc. cit. n. 5. & Hurtad. quia tunc non se ingerit Toleratus, sed Sacerdos, ex Concilio Constantiensi, potest cum Tolerato communicare, tum in humanis, tum in divinis, & ceteris Toleratus invitatus non prohibetur respondere. primus modus videtur difficilior, quia tunc se ingerit Toleratus, quod non potest, & Sacerdos accipit peccatum videtur cooperari cum illius peccato. Dico tamen Sacerdotem posse acceptare, quia Concilium Constantiense cum ab omni prohibitione liberum facit, magis, ubi intervenit Sacerdotis commodum, non peccat ex obata elemosyna. Quare sicuti ex Layman. ibid. §. Quintum notandum universaliter se ingerit Toleratus ad communicandum tecum, ipse peccat peccato mox dicendo n. sequenti, non tu, qui per privilegium Concilij: ita in hoc casu, ubi adit communicatio.

13. Infero tertio, quoniam peccat peccet communicatus, dum se ingerendo petit Missam pro se offerendam.

Dico primo; non Toleratus petens Missam, ut pro se cum Sacrificio peccat mortaliter, quia in re peccat contra prohibitionem Ecclesiæ, immiscendo laicis, volendo id à quo graviter arceatur, Adde, quod petendo Sacerdotem, ut pro ipso applicet Sacrificium, quod ex. n. 5. sine mortali non potest.

14. Dico secundo, Toleratus si Missam ut pro se opus petat solum peccat venialiter. Sic Hurtad. de excomm. diff. 4. num. 13. Ratio est quia licet petat, quod Sacerdos facere potest, tamen cum ipse se ingerat in tali petitione, quæ cum sit simplex petitio, non est nisi communicatio in humanis prohibita sub venialiter peccabit.

15. Dico tertio. Vterque sive Toleratus, sive non Toleratus, si petat Sacrificium, ut est opus privati Sacerdotis, peccabit solum venialiter, nimirum propter prædictam communicationem locutionis in humanis, cum ingerit, nam ceterum Sacerdos licet ut n. 3. dicimus tale opus privatum offerre, pro illis, potest.

Si ipse Sacerdos sit excommunicatus, & tamen Missam celebret offeratque pro non excommunicato, non valide offerat, dicam lib. 3. c. 1. §. 3. n. 42. fine.

§. V. An Missa applicari possit pro Infidelibus.

1. Pro iustis, sive in hac vita, sive in Purgatorio stantibus offerri posse Missam, probatione non indiget. Pro iustis verò existentibus in Patria, hoc est pro Beatis, non nisi improprie offertur: nimirum, vel in gratiarum actionem pro beneficiis in Sanctos collatis, vel ad implorandam gloriam, & venerationem alicuius Sancti, in Ecclesia Militante. Ita Delugo de Euch. disp. 19. sect. 10. n. 192.

2. Memini Patrem Ioannem Lorinum Societatis nostræ, propter Commentaria in sacram Scripturam recto Christiano orbe clarum, cum Romæ à Catholico Rege per suos Legatos promoveretur apud Paulum V. Confite-

Constitutiones, iam postea editæ, in favorem Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis, ut erat homo ut bonus, & factus, solum dicere amicis: *Orate orate pro Beatissima Virgine*: sensus erat pro, impetranda gloria purissimæ Conceptionis, in hac vita. Poterat ergo similiter amicos rogare, ut pro eadem Missæ Sacrificium celebrarent.

An Missa applicari possit pro peccatoribus.

1. Sicuti communis, & certa doctrina cum Suarez *disput. de Sacr. 7. §. 10. §. Secundo requiritur*, est absolute Missam offerri non posse pro peccatoribus damnatis, quia hi sunt in termino, sic posse pro viato, iis enim Missa, quoad aliquem fructum, prodest, hoc est, solum quoad impetrationem, ut nimirum Deus eorum miseretur, cosque convertat. Ita Delugo *de Euch. d. 19. sect. 10. num. 194.* Quoad satisfactionem enim, ut etiam quoad Meritum, eisdem invare nequaquam valet, siquidem durante statu peccati mortalis, nec ulla pena remittitur, nec meritum ullum haberi potest.

2. Vtrum an Satisfactionis fructus, qui impeditur ex peccati statu, conferatur postea, quando auferitur peccatum, dubitari solet: nihilominus contra Navar. *tr. cap. 19. de orat. n. 79. & Marchinum de ord. tr. 3. p. 2. cap. 11. num. 9.* confertur, communior Tcologorum sententia resolvit. Ita Suarez, Vasquez alique apud Delugo *de Sacram. disp. 19. de Euch. sect. 10. n. 195.* Horrad. *de Sacr. d. 4. diff. 11. sub finem*, id quod fuscè persequi ad nos non spectat.

§. VIII. An pro vivis applicari possit Missa de Defunctis.

1. N aliquibus locis usus increbuit, ut fideles, ne deficiantur Missis post mortem, eurent, dum vivunt, ut ex pro ipsis dicantur, & quidem ritu dici solito, pro Defunctis. Mos profecto nullo modo (quidquid dicant Barbof. in Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. num. 8. alique apud Dianam *par. 5. tr. 13. ref. 2.* Peyrinus *tom. 3. in addit. cap. 1. n. 22.* Lezana *v. Missa, n. 54.*) approbandus. Ratio inter cæteras est: quia, sic non servatur ritus Missalis, dum Missa, quæ defunctis à Rubricis assignatur, recitatur pro vivis. Rite faceret, qui pro Missa Natalis Domini v. g. recitaret Missam Resurrectionis: Certe! nisi excusaretur à bona fide, vel ignorantia) res gravis videretur, saltem si ageretur frequenter, quia superer implicium contemptum Rubricarum. Vide *infra cap. 1. §. 1. n. 6.* Pari igitur ratione concedere idem non possumus in casu nostro.

2. Dicunt primò in nostro casu nullum esse inconveniens, siquidem Sacerdos repræsentat vivum coram Deo, ac si esset defunctus: sicuti in Missa de Animabus Purgatorii repræsentantur eæ, perinde ac si tunc, quando dicitur Missa, moriantur, dum dicitur: *Ne absorbeat eas Tartarus ne cadant in obscurum.* Et in Missa de Adventu, quando dicitur *Veni Domine, & noli tardare*, repræsentatur ac si Christus Dominus nondum venerit.

Respondet, non negari eiusmodi repræsentationem fieri posse, nam fatemur in Scriptura Sacra esse usitatissimum: sed dicimus ab Ecclesia, in casu nostro, non fuisse quid simile usurpatum. Certe si id usurparetur, possum, dum ego sum sanus curare, ut dicatur Missa de infirmis pro me repræsentatio infirmo; & dum sum in pace, Missa de tempore belli; & dum sum solutus, Missa pro Rebuscitur ritus ostendunt inconvenientiam prædictæ sententiæ, ut merito Layman *l. 5. tr. 5. c. 2. n. 15.* eiusmodi consuetudinem extirpandam omnino esse monuerit, quidque Marchinus *d. ord. 3. p. 2. c. 4. n. 7.* contradicit.

3. Adde plus tibi viventi prodesse Missas dici solitas pro vivis, quam prædictas de Requiem. Ratio est: quia,

quoad fructum ex opere operato Christi, iam omnes Missæ sunt æqualis valoris: quoad orationes autem, & preces, eas Deus non acceptat, nisi iuxta institutionem Ecclesiæ, quæ cum eisdem, in Missis Defunctorum, non instituit pro vivis, pro vivis Deus non acceptabit. Quod si Sacerdos privatus validè contra talem intentionem Ecclesiæ aliquid posset, de qua re infra agendum erit, certe non est tanti hic fructus, quanti est ille quem lucraberis, ex obedientia servandi Rubricas, & respondendi talem privatum fructum, qui tibi provenire, contra institutionem Ecclesiæ, posset.

4. Dicunt secundo, ita gessisse insignes pietate, & doctrina viros, Albertum Magnum, Henricum Comitem, & Episcopum, aliosque. Sic Lezana *v. Missa, n. 54.* March. *loc. cit.* Respondet, id illos bona fide gessisse, mirum non est ea ætate, quando Missalis ritus, eiusque regulæ non erant tam latè diffusæ per Provincias, nec fortasse tam stricti iuris, quam post Pium V. Nunc vero post cognitam veritatem, & in ætate hac nostra tam bene culta quando res suo pondere accuratissimè sunt perpensæ, illud nec agere, nec consulere tutò possumus.

De applicatione Missæ anticipata, quoad Satisfactionem.

1. Sacerdos celebrat hodie Missam, eiusque satisfactionem applicat pro eo, qui primus illam, oblata sturpe, petiturus est, sive pro eo, qui primus omnium de sua, v. g. familia erit moriturus, atque ita usurpare consuevit, quoties non suppetunt præsentēs, qui petant. Rite id facit, si penemque postea oblata acceptatene sine iniustitia potest?

2. Rite, & sine iniustitia posse, tenent Henric. *l. 9. de sacrif. cap. 21. §. 2.* alique citati à Marchino *de ord. tr. 3. p. 1. c. 11. num. 9.* & cap. 31. n. 7. & Peyrino *l. 3. in add. c. 1.* Ratio est (inquirunt) duplex. Primò quia iam Deus novit illam, qui erit primò petiturus, vel moriturus, atque ideo illi applicare, ex nunc, antequam scilicet, fiat petitio, poterit, & sic Satisfactionis fructus non stabit in suspensio. Nota id, Lector, id enim, ideo hoc modo explicant, quia omnes fatemur, quod privatus Sacerdos non potest tenere in suspensio, seu conservare in privato thesauro, suæ Missæ Satisfactionem, ut postea libere distribuat, solum enim Pontifex summus, ut bene *ibidem* docet Henriquez, & qui ab eo clavem habent indulgentiæ, distribuere possunt Satisfactionem in Thesauro Ecclesiæ à Christo repositam. Propter hoc ergo ipsi dicunt, quod in casu de quo loquimur, non suspenditur fructus Missæ quasi dandus non sit petitio, quando petit, v. g. cras, sed datur tunc, quando Sacerdos celebrat, datur, inquam, illi quem Deus videt cras petiturum.

3. Secunda ratio est, quia id, nihil est aliud, nisi Sacerdotem solvere anticipato debitum faciendi, Sacrum, Confirmatur, quia nemo negabit, quod si quis Cappellanus debeat, v. g. singulis hebdomadis celebrare unam Missam pro Defunctis, possit prævenire celebrando in hebdomada præcedenti, quia sic anticipato solvit, meritaque fundatoris satis adimplet, dando opportunius auxilium defunctis; ergo in casu nostro.

4. Nihilominus non posse id rite, & sine iniustitia fieri, merito docent Suarez *de Euch. disp. 79. section. 9. §. Tertio inquiri potest, in medio, & sect. 20. §. Quarto requiritur.* Delugo *de Euch. d. 19. sect. 10. num. 109.* Marchinus *de ord. tr. 3. p. 2. cap. 31. num. 9.* alique. Ratio præcipua est, quia, in eo, pro quo offerenda est Satisfactio Missæ, requiritur, indigentia actualis. Nam sicuti Indulgentiæ non acquiruntur ad satisfactionem criminum futurorum, nec satisfactio sacramentalis tollit reatum pœnæ pro peccatis postea committendis: sic nec hoc Sacrificium debuit solvere pro pœna nondum debita, hoc enim esset dare quandam impunitatem ad peccandum, cum posset quis veluti securus committere

peccatum v. g. mendacij, quia, iam, pro pena ipsi debita satisfecit. Adde quod solutio ex natura sua supponit debitum, cum non possit intelligi aliquid solvi, nisi prius intelligatur aliquid deberi. His positis, sic urgetur ratio. Cum possit evenire in casu nostro, quod ille, qui cras oblaturus est stipem, vel est cras moriturus, illa Satisfactio non indigeat, non potest quid pro illo nunc solvi. Præterea, si nunc non indigeat, contingat verò, quod indigeat, quando petet Missam, vel quando morietur, sanè tunc frustrabitur solutio, quæ cum in potestate Sacerdotis non remanserit, ut omnes docuerunt *num. 2.* non poterit à Sacerdote tunc illi applicari.

5. Lege Marchinum *loc. cit.* apud quem invenies Decretum Sacre Congregationis talem anticipationem graviter prohibentis, tanquam novam in Ecclesia Dei, periculofam, & scandalofam, quem loquendi modum fortasse, sumpsit Sacra Congregatio à Suario de *Sacram. d. 79. sect. 9. §. Tertio inquiri potest*, qui dixit id esse inauditum in Ecclesia, & valde absurdum. Et quamvis nonnulli respondeant de hoc Decreto non constare autentice, tamen, aliquando tandem modo confirmari ab illo nostram sententiam nemo negat.

6. Ad rationes allatas *num. 2. & 3.* Respondeo. Et ad Primam quidem fateor, Deo notum esse, qui petitorus est, sed dico Deum nolle acceptare illam Satisfactionem anticipatam, ne date videatur impunitatem peccandi. Immo addo, fortasse, nec aliquando posse, quia aliquando, pro illo signo, nondum supponitur debitum penæ.

7. Ad secundam, nego in casu nostro, saltem semper, esse solutionem anticipatam. Cum enim aliquando non sit assentialiter solutio, quæ ex se supponit debitum, nec solutio, nec anticipata solutio esse potest, quod si aliquando esse possit, iam dictum est, non acceptari à Deo.

8. Ad Confirmationem, esto Antecedens, de quo tamen mox *n. 9.* nego consequentiam, quia Capellanus, & verè solvit pro debito actu existente Animarum Purgatorij, & verè solvit pro debito celebrandi, quod contraxit ex contractu, quem accepit. Cappellaniæ, quorum neutrum est in casu nostro.

An aliquando sit licita, saltem in Capellano, licita Missarum Anticipatio.

9. Dictum est *num. 1. in Antecedente Confirmatione*, Capellanos posse anticipato solvere Missas à se dicendas. Sanè, in hoc dicto advertendum est, non semper ejusmodi anticipationem esse licitam. Si enim in fundatione Cappellaniæ implicite, vel explicitè caveatur, ut nulla hebdomada transeat, sine aliqua Missa, prævenite nequaquam licebit: tunc enim mens fundatoris est servanda, qui fortasse voluit, ut tale Altare, seu Ecclesia singulis hebdomadis honore Sacrificij decoraretur, vel voluit non succurrere Defunctis quibuscumque, sed Defunctis, qui successivè de sua familia v. g. vel Civitate decedunt. Nam propter hanc rationem, quæ facile præsumi in his fundationibus debet, cum Delugo de *Euch. d. 21. sect. n. 44.* non facile corrumperem prædicto Capellano ejusmodi Missarum præventionem; solum igitur in eo casu anticipatio Cappellani licita erit quando talia, vel similia incommoda non concurrunt.

De applicatione Missæ anticipatæ quoad Impetrationem.

10. Illud denique, hac super re notat Delugo *ibid. disput. 19. sect. 10. num. 209.* id quod hæcenus negavimus, non intelligi de fructu Impetrationis: nam licet non possit hodie v. g. satisfacere pro peccato admisso, possum tamen orare, atque adeo Sacrificium offerre pro impetrando auxilio, quo indigebo in futurum. Sic enim oramus. *Ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ.* Et, *Ne proicias me in tempore*

senectutis, cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Dices: ergo licebit Sacerdoti Missam pro oblato stipem, quia iam licet saltem fructum Impetrationis. Sicut enim peccator, accepta stipem, celebrare pro peccato tali, qui Missam petat, stipemque offerat, sit capax Satisfactionis, sed solius Impetrationis diximus, ita in casu hoc præfenti.

12. Respondeo, negando consequentiam, enim peccator, quia satisfactio non licet nec ad solum Impetrationis fructum habet, nec consensus, ut ibidem diximus, præsumitur, quæ tamen consensus, in casu, de quo loquimur, non habemus, cum Fideles semper præsumantur velletur Sacerdotis, nullum impedimentum ponatur, quod satisfactio ipsis conferatur.

§. I X. De applicatione Missæ contra volumina Superioris.

1. Prælati præcipi Sacerdoti subdito sub peccati mortalis, vel excommunicationis, in quoquam hoc mane celebraturus est, applicet Petrus, & Quarta primò, An Sacerdos sub mortali peccato obediens, an si non obediatur, Missamque, v. g. pro Antonio, valeat tamen Missa pro Petro, & Gulis sigillatim.

An peccet Sacerdos non applicans Sacramenta contra Prælati volumina.

2. Quoad primum, dico hanc questionem deprimi ab illa alia, An Superior possit subditis ita præcipere actus internos (talibus enim Missæ applicatio in intentione consistit) ut præcipiente Prælati, statim subditi obligationem applicandi Missam, præcipiunt.

Non agimus autem quando obligatio applicandi Missam est radicata in obligatione iustitiæ, vel in aliquo particulari: tunc enim sicuti Sacerdos quilibet accepta stipem pro applicanda Missa pro Petro, & Gulis, eodem applicare tenetur, & sicuti, qui vovit dicere Missam pro tali re, utique pro tali re dicere obligatur. Præterea, obligata ex iustitia elemosynarum, vel fructuum Religionis, ad applicandas tales Missas, per prælati subditis suis, ut tales Missas applicent, & non dubio sui tenentur, quia Superior, & subditi faciunt unum corpus Religionis, quæ, ut supponimus, se ad tales Missas obligavit, & ex alio capite Religiosi statum professi sunt per vota, in tali Religione, implere huiusmodi onera iustitiæ se obligant: non agimus tamen de his obligationibus, sed de obligatione, quæ a Superior potest imponere subditis, sive ex vi iustitiæ, quam habet in suos, ut habet Episcopus in Diocesis, sive vi voti religiosæ obedientiæ, quam habet Prælati Religionis in subditos.

3. Lege Fagundez præcept. *Ecl. 1. lib. 3. cap. 10. n. 10.* qui tamen ut etiam & aliqui recentiores, quia non distinguunt hæc quatuor, nimirum applicationem iustitiæ debitam, primò ex iustitia, secundò ex voto religiosæ obedientiæ, non satis completè hanc materiam explicavit. Tertiò, ex Iurisdictione, Quartò ex voto Religiosæ obedientiæ. Cum igitur hic non agamus de Applicatione debita, sed de duobus prioribus modis, sed solum de duobus posterioribus, de quibus scilicet procedere debet questio, non hi cum illis immiscendi.

4. Porro præmittendum est, esse communem recentiorum doctrinam, à Prælati sive ex vi iurisdictionis, sive ex vi voti obedientiæ religiosæ, ut solent saltem contra niter emitti in Religionibus, non posse subditis præcipi actus merè internos, (quia sicuti Ecclesia vultus iudicat de interiori, sic nec de interiori præcipit) præcipi vero solum externos, vel saltem solum eos internos, qui per se conjunguntur cum externis, sive in esse, sive in

physico, sive in esse morali, non autem eos internos, qui solum per accidens eorum externis coniunguntur. Ita Doctores morales, n. 6. citandi.

5. Dixi (ex vi voti obedientiæ, ut solet communiter emitti) nam si quis, vel absolute, vel sub conditione, si Prælatus ei actum internum, vel sub conditione, si Prælatus ei actum internum imperaret: sanè tunc non esset obligatio ex vi horum duorum modorum de quibus agimus, sed ex vi illorum de quibus, ut modo diximus, quia res est contra, non agimus.

6. Quoniam igitur hæc, quam n. 4. diximus esse communis doctrina Suar. de leg. lib. 3. c. 20. & lib. 4. c. 1. & de censuris, disp. 4. sect. 2. Castrop. 1. 1. tr. 3. disp. 1. p. 6. Meroll. 2. 2. disp. 4. c. 4. dub. 1. 6. diff. 2. n. 224. quamque ut certam, seu saltem, ut probabilissimam suppono, statim apparet difficultas, an Applicatio Missæ sit per se conjuncta cum ipsa externa actione Sacrificij, conjuncta inquam in esse morali, ut ens morale constatur ex multis actionibus est Missa. An solum per accidens. Si prius, poterit à Prælato præcipi, si posterior, non item.

7. Et quidem esse conjunctam per se, & non per accidens, adeoque præcipi à Prælato posse, subditumque peccare, nisi obediatur, docet prima sententia multorum. Ita Rodriq. Alcan. Tamburinus, Miranda quos sequitur Meroll. tom. 2. disp. 4. de leg. cap. 3. dub. 30. n. 331. quibus addit Sanchez lib. 6. in dec. cap. 2. num. 6. Rodriq. in comp. res. 102. n. 2. Ratio est (inquit Suarez de leg. lib. 3. cap. 2. n. 10.) quia licet intentio applicandi Missam pro aliquo non sit de necessitate Sacrificij, est tamen necessaria ad completam oblationem Sacrificij, & ad conferendum alteri fructum ejus.

8. Non esse conjunctum per se, sed solum per accidens, quæ adeo non posse à Prælato præcipi, & propter ea, non peccare Sacerdotem, seu Religiosum, si in hoc non obediatur, docet secunda sententia aliquorum. Ita Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 4. num. 13. Castrop. tom. 1. tract. 3. disp. 1. p. 6. n. 4. Ratio præcipua, & quæ difficulter solvi potest, ea est, quia nihil potest prælati in actus merè internos, ut esse communem sententiam fatebamur omnes n. 4. & 6. At talis applicatio est merè actus internus, quique adesse, & abesse facile à Sacrificio potest, unde valde per accidens, & extrinsecè est cum Sacrificio conjunctus, ergo, &c.

9. Ad rationem contrariam dictam n. 7. negari debet, intentionem applicandi Missam pro aliquo, esse necessariam ad complementum ejusdem: certè solum id verum esset de Applicatione Missæ, sive implicita, sive explicita pro Vivis, & Defunctis in universum, quod ad complementum Sacrificij, & ad fructum ejus sit necessaria applicatio, pro hoc determinato, (de quo nos loquimur) nunquam admittit ipsam Suarez, quia secus, si Sacerdos faceret Sacram pro Vivis, & Defunctis, & non determinaret pro hoc, vel illo specialiter, relinqueret aliquod complementum necessarium Sacrificij, atque adeo peccaret, quod nemo dixit. Adde quod oratio, jejunia, elemosynæ ordinata sunt à Deo, ut ipsa offerantur pro Vivis, & Defunctis, & præter meritum ea facientis applicantur ad satisfaciendum, & impetrandum, & tamen nemo dicit, quod ad complementum eorum pertinet determinata applicatio pro hoc vel illo particulari. Ita ergo in casu nostro.

10. Juvat verba Castropalai loc. cit. pro hac sententia hic exhibere. Ex quo fit, (inquit) nunquam Ecclesiam præcipere fidelibus ut in oratione fundenda hanc, vel illam intentionem habeant, quia hoc esset præcipere directè actum internum; solum enim præcipi in necessitatibus, orationes fundere, jejunia sustinere, elemosynas erogare, sed nihil de intentione speciali & sine.

11. Juvat iterum verba Layman. loc. cit. asserere. Non potest tamen (ait) facile Legislator, aut Prælatus sub peccato obligare subditos ad habendam intentionem aliā, vel internam dispositionem accidentalem, seu non pertinentem ad substantiam moralem operis præcepti v. g. ut jejunia, & orationes fiant in statu gratia; vel ut orationes, & Sacri-

ficia Deo offerantur ad particularem aliquam intentionem sicuti notavit Suar. l. 4. de leg. c. 13. c. 16. (addo & n. 14.) & disp. 6. de cens. sect. 3. n. 20. Videtur error Typographi potius disp. 4. de cens. sect. 2. n. 20. Adde & l. 3. de leg. c. 9. n. 9.) Hæc Laym. ubi notat ipsum putasse Suar. ff. pro sua, hoc est, pro secunda sententia, sed certè Suarez expressè contra illam est in loco à nobis allato sup. n. 7. ex ejus tamen doctrina allata in locis his citatis à Laym. verè colligitur prædicta secunda sententia.

Dices Dayman. loc. cit. sic addit Prælati tamen secularibus paulo major potestas competit, ratione voti obedientiæ, &c. Respondeo. In his verbis solum Layman docet quod votum possit esse de actu interno, & quod Prælatus actum internum imperare possunt, quoties votens ex suo voto obedientiæ implicite, vel explicite id intendit, quod est idem, quod nos supra notavimus num. 5. ut ex ipsius verbis, si accuratè legantur, videri potest, nihil igitur docet contra prædicta.

12. Ex his duabus sententiis prior magis communiter recipitur, posterior tamen est probabilis, & tuta, ut patet ex ejus solidis rationibus.

13. Illa tamen pro secunda hæc sententia est calumnia diluenda. Si enim (aiunt March. de ord. tr. 3. c. 33. n. 4. Gav. in Rubr. Miss. p. 3. tit. 1. n. 28. ibique, Faxinellus) Prælatus religionis nequit suis præcipere applicationem Sacrificij, onera, quæ habent monasteria de persolvendis Missis subjacerent dubitationi, an persolvantur, quia subditi ad persolvendum, obligati à Prælati non poterunt: sed facile diluitur, nam ad onera habituala, cum ea sint fundata in obligatione justitiæ ipsi subditi obligantur, illaque exigere possunt Prælatus, ut n. 3. diximus; onera verò quotidiana, seu manualia, si Prælatus potest acceptare nomine Monasterij, acceptatque, subditi propter eandem rationem justitiæ obligantur; secus non est mirum ad ea non obligare subditos posse: quia tunc Prælatus solus contrahit nomine proprio.

Quamam sint illa habitualia, consulat quisque suæ Religionis leges, & qui est ex Societate Jesu, legat Suar. num. 4. tom. de Relig. tract. 10. lib. 8. cap. 2. n. 5. & cap. 3. n. 3. qui nostros ab hujusmodi obligationibus sub peccato liberat solumque in uno casu obligat, quando scilicet alteri forte aliqua Sacrificiorum obligatio suscepta sit, ut annexa alicui Ecclesiæ, quam Summus Pontifex alicui Collegio Societatis (id quod rarissimum est) univisset.

Cui profit Missa applicata contra voluntatem Prælati, vel contra justitiam?

14. Quoad secundum quod n. 1. proposuimus. Dico certum mihi esse, quidquid dicant Marchinus de ord. tr. 3. p. 2. c. 33. num. 3. Gavant. in Rubr. Miss. p. 3. tom. 12. num. 28. Diana p. 2. tract. 14. res. 7. Deum non respicere ad debitum Sacerdotis, sed ad voluntatem ipsius, quare Missa contra voluntatem Prælati eam habentis applicari v. g. pro Petro, applicata sive licite, sive illicite pro Antonio, Antonio proderit, & non Petro. Et Missa, quant propter stipem acceptam debebat ex justitia Sacerdos Titio, applicata sive per malitiam sive per in advertentiam ab eodem Sacerdote alteri, v. g. Caio, Caio proderit, non vero Titio. Ita Rodriq. in comp. res. 102. Portella in dub. Reg. v. obedientia n. 1. De lugo de Euchar. d. 19. sect. 10. à n. 210. Hurtad. de Sacrif. disp. 3. diff. 16. Ratio præcipua est, quia Minister offerens Missam, non est Prælatus, sed sacerdos, cui dictum in Ordinatione est, Accipe potestatem offerendi Sacrificium pro vivis, & defunctis. Ergo ad ejus applicationem respiciet Deus, & non ad applicationem cujuscumque alterius. Unde nihil valebit applicatio Prælati, nec quæcumque irritatio voluntatis sui subditi, quam vellet Prælatus intentare, quia in hoc à Christo omnium Domino, & Superiore liberam facultatem habet Sacerdos, & consequenter à nulla humana potestate restringibilis.

lem: & sicut licentia concessa mihi à Generali omnium Superiore non potest restringi ab alio Superiore inferiore: ita hic.

15. Ex his infero Prindò, Si Sacerdos contra voluntatem prælati, applicat Antonio v.g. Missam, posse quantum est ex vi j. stituti, accipere stipendium ab eodem, jam enim fructum Missæ, ipse Antonius lucratur, & Prælati scilicet contra suam voluntatem jam esse Missam Antonio applicatam, ad nihil receditur, quia Anton. totum illud, quod per stipem postulabat, acquisivit.

16. Infero secundò. Si è contra alteri applices Missam, non verò illi à quo stipem recepit, semper relinquitur tenet, quia Deus respiciens non ad debitam, sed ad habitam à te voluntatem, Sacrificij emolumentum illi non attribuit.

17. Infero tertio. Si quis applicet sic Missam, *Applico pro ea anima quam vult Deus*; tunc Sacrificium, nulli prodesset, sed remanere ejus fructum in Thesaurò Ecclesiæ. Ita Vasq. de Sacris d. 23. cap. 1. num. 7. contra aliquos contrarium sentientes. Ratio est jam dicta, quia, ex ipso Christi instituto, Sacerdotis, non vero Dei est applicare fructum Missæ. Determinet igitur in hanc, vel similem modum Sacerdos: *Offero pro ea anima, quam Deus videt magis indigere, vel minus indigere, &c.* nam sic, quia determinata est Sacerdotis intentio, utique juxta illam acceptabit Deus. Pari modo Ecclesiæ quando ex stipendio annuo debent multas Missas pro variis defunctis, satis erit si celebrantes applicant pro iis, quibus eo die v.g. illæ Missæ debentur, eas enim Deus videt quibus debeantur, quamvis sit melius eorum distindere meminisse, ut ex se patet. Ita Fraxinellus de oblig. sac. sect. 7. §. 7. num. 7.

§. X. De tempore, quo intentio applicandi alicui fructum Missæ, elicienda est.

EGo hodie Sacram à me cras operandum applico pro anima Petri, vel (eodem enim est ratio) Sacra omnia per totum annum à me celebranda applico pro anima ejusdem, nec talem intentionem unquam revoco, efficaciter est ita, ut satis sit ad hoc, ut fructus Missarum Petro attribuat.

2. Dico, quamvis non esse satis contendat Vasq. de Sacram. disp. 38. c. 6. alique apud Delugo d. 8. de Sacram. sect. 6. num. 92. tamen cum communi sententia, immo, & praxi timoratorum satis esse. Ita Suard. de Euch. d. 13. sect. 3. §. Dico secundo Bonac. Mol. Diana apud eundem Delugo n. 93. Ratio est, quia hoc Sacrificium institutum est, ut administraretur humano modo, & more; quare, sicut homines solent dispendere, de rebus quæ erunt in sua potestate, etiam antequam sint, sed pro tempore, quo erunt, nunc scilicet, pro tunc, dispositione tamen non retractata, sic disponere poterit Sacerdos, cujus arbitrio Deus commisit fructum Missæ applicandum.

3. Sed quid, si quis nondum Sacerdos applicet Missas, quas post ordinationem celebraturus est, nec postea hujusmodi applicationem, vel retractat, vel renovat?

Dico id etiam satis esse; cum ratio, modo dicta, in hoc etiam casu, valeat. Licet enim nunc nondum sit Minister Christi, tamen postea. Sicut si quis sciens, cras v.g. fore in Prælatum eligendum, det nunc aliquam licentiam, pro die crastina, valebit utique licentia, quia consensus ille non retractatus judicatur humano more, durare, pro tempore acceptatæ potestatis. Sic Delugo ibid. n. 97.

4. Intentio ergo applicandi potest elici ante, immo multo ante quam Missa celebretur, posse autem in ipsa Missa ante Consecrationem, & apertum esse tempus, in primo Memento, non est dubium.

5. Observat autem Hurtadus disp. 3. de Sacram. diff. 10. quando unus Sacerdos tantum consecrat Corpus, & postea alter, defectum prioris supplet, consecrat Sanguinem, ad hunc posteriorem pertinere applicare Sacrificium? quia iste solus, utpote perficiens essentialiter

Sacrificium, dicitur sacrificare, & ideo non intentioni priori se conformare. Ob eandem rationem Sacerdotem, qui facta Consecratione Corpus, dum applicuit, posse applicare ante Consecrationem Calicis, & qui applicuit uni posse ante consecrationem alteri applicare, hujusque fore fructum Missæ, per rationem. Ratio est eadem, quia nimirum, consecratione, perficitur Sacrificium, & consequenter totum hoc dicitur sacrificare, atque adeo ante illam superius terit applicare.

6. Remanet tamen difficultas, an possit trahi re in secundo Memento Defunctorum, & in toto re ante Consumptionem specierum.

Dico in nostra sententia, quæ colligi potest ex c. 1. §. 1. n. 1. per quam tenuimus in consecratione se sufficientem destructionem victimæ, & acceptationem consistere Sacrificij essentiam, non posse. Ita Hurtadus. Ratio est, quia applicare Sacrificium morte hominis cui suos Ministros conformes se velle reddere, Christus Dominus, ut modo monuimus, nihil nisi offerre actionem sacrificandi in obsequium, non solet inter homines, & fortasse non potest inter quicumque alicujus offerri actio jam facta, v.g. gratia facta, & facienda, quia, si jam sit facta in vitam, nullum finem, non potest deinde intelligi fieri in prædicti v.g. obsequij: Adde quod Sacerdos, ut supra n. 2. diximus, non potest conservare fructum sacrificij, & deinde conferre, &c.

7. Dixi autem (in nostra sententia) nam quædam Bellar. aliorumque apud Hurtad. disp. 1. de Sacram. cens Sacrificij essentiam consistere in consecratione, mul, & in consumptione, est satis probabilis, prædicta etiam erit, posse applicari fructum Missæ, toto tempore ante prædictam consumptionem; quia jam in hac sententia, offertur actio facienda, non jam facta.

§. XI. Cui profut fructus Missæ, quando Sacram. applicasset uni, deinde applicet alteri.

Sacerdos hodie Missam à se crastina die celebrandam applicat pro Petro, à quo v.g. stipem accipit, cras deinde applicat pro Antonio, cujusnam erit fructus si Petro, ad nihil aliud, pro ipso tenebitur Antonio, utique tenebitur Petro relata.

2. Sunt in hac dubitatione distinguendi quatuor casus. Primus casus. Si memor applicationis quomodo habuisti pro Petro, illam applicationem respicias, applicas hodie eandem totam Missam pro Antonio, Antonioque derit Missa. Quæ est certa, & communis doctrina, quod posterior voluntas, clare priorum revocat.

3. Secundus casus. Si pariter memor applicationis habuisti, qua applicasti Missam pro Petro, æque tantam totam applices hodie pro Antonio, nullo modo mutando priorem applicationem externam, nec uti potest Missa. Ratio est, quia cum hæc duæ voluntates fuerint contrariæ, per quarum unam vis idem, quod alteram, non vis: intendis impossibile, atque adeo non intendis; & Deus perinde se habebit in hoc casu, ac si prior applicasset, de quo mox §. 12.

4. Dixi autem (totam Missam) nam si partem fructum uni, partem alteri velis applicare, utique partialiter poteris utrique, sed cum obligatione relatiendi, utque ulterius alterutri debes, ut ex se constat.

5. Tertio casus. Si immemor applicationis pro Petro hesternæ die factæ applices hodie pro Antonio, applici modo te gerere potuisti. Primo extraordinario quodam modo, si scilicet heri ita Sacram. voluisti pro Petro applicare, ut talis applicatio præteriret contra dictam applicationem à te etiam per oblivionem faciendam, ut expressè heri intendisti. Et in hoc quidem evenit, si proderit Petro, cui primo sub tali universalis applicatione applicasti. Ratio est: quia illa tam universalis applicatio omnibus aliis futuris applicationibus est præferenda.

cum non censetur revocari à posteriore, immo potius implicite posteriorem revocare.

6. Adhibet hæc doctrina duo exempla Ioannes Delugo de Sacram. disp. 8. sec. 8. num. 121. Primum est ex his qui, in principio ff. de legatis 3. ubi si quis, in priori testamento, adhibeat clausulam revocatoriā cuiuscumque posterioris, statuitur testamentum posterius non fore validum, nisi in eo revocetur expresse illa clausula prioris testamenti, ut cum communi Doctorum observat Molina tom. 1. de iust. disp. 153. §. quod dictum est, quia nimirum voluntas prior habuit maiorem universalitatem ex parte obiecti, quam posterior.

Secundum est in materia voti. Nam si quis facit votum non vovendi, nisi consulto Confessario, & nunc vult non vovere validè, nisi ea conditione posita: potest, si immemor huius voluntatis, voveat, votum non valet nisi eo esset affectu, ut etiam si recordaretur vellet valere, ut notat Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 10. n. 75. Ex quibus constat, concurrente duplici voluntate contraria, illam prævalere, quæ cum sit universalior, explicite vel implicite continet revocationem alterius, si hæc sit prior, si posterior, si hæc etiam simul ex ignorantia habeatur: & ratio ulterior est, quia illa universalior, vel formaliter, vel virtualiter refertur super aliam, adeoque revocat.

7. Iam secundo modo, quo te in hoc gerere potuisti, quique accidit magis communiter in paxi, (etique Quartus casus) est, si heri non cum universalitate prædicta, sed absolute, & simpliciter applicasti Missam pro Petro, deinde illius immemor, hodie, applicas simpliciter pro Antonio.

In tali casu docet Delugo dicta disp. 8. de Sacram. sec. 8. num. 421. quod fructus Missæ proderit Antonio, qui est posterior. Ratio est (inquit) quia sic persuadet paritas dicta ex testamentis, nam sicut posterius testamentum prævalet priori, etiam si quando sit posterius, non recedat prioris à se facti: sic si heri applicasti Sacramentum hodiernum pro Petro, & hodie immemor illius voluntatis, applices pro Antonio, per voluntatem aequè absolutam, & efficacem, videtur præferenda hæc posterior: non enim apparet differentia inter testamentum posterius, & hanc posteriorem voluntatem.

8. Nihilominus probabilis putatur præferendam esse priorem, atque adeo Missam profuturam Petro. Ratio est duplex. Primò, quia potest asserti disparitas, cum testamentum posterius prævaleat priori, non verò Applicatio Missæ. Cum enim testamentum firmitatem omnem suam accipiat à morte Testatoris, omnes habeant implicite hanc intentionem, ut illud testamentum firmiter velint, quod morte ipsorum confirmatum est, & non aliud, unde sequitur quod prævaleat omnino debeat posterius Testamentum, cum per prædictam intentionem revocetur omnes intentiones, morte nequaquam firmata. At, in casu nostro, similis implicita intentio non adest, unde ergo prior intentio ab omnino æquali intentione posteriori revocari poterit? Secunda ratio est, quia communiter homines habent, seu præsumunt habere hanc voluntatem implicitam ut velint cuique tribuere ius suum. Cum igitur certum sit cap. Qui prior, de Reg. iur. in 6. l. in operis, ff. locati (lege Mol. de contr. d. 169. & Covarr. lib. 2. var. c. 19. num. 8.) quod Qui prior est tempore potior est iure, si nihil obest contra eum, qui prior est, ut oblatore solent in contractibus possessio rei apud posteriorem, vel solutio pretij, vel quid simile (de quo latè Iustitæ in l. Quoties, C. de rei vendi. & Molin. Covarruvias, Salas, alique apud Delugo tom. 2. de iust. d. 21. sect. 11.) dicendum erit, quod in casu nostro, ille Petrus, cui heri applicatus, & veluti datus fuit fructus Missæ, est potior in iure, quam sit Antonius, cui hodie, hoc est posterius datus est dictus idem Missæ fructus, nihil enim obstat contra Petrum anteriorem, cum supponamus, in omnibus, eos esse æquales, præterquam in tempore. Quare cum Sacerdos habet illam universalem intentionem dandi suam unicuique, atque

adeo fructum Missæ ei, qui potior est in iure, non censetur esse revocasse priorem intentionem, sed potius Petro anteriori velle dare fructum Missæ, non verò Antonio posteriori.

9. Quoniam verò res hæc dubia profectò est, consulerem Sacerdoti, ut advertens deinde ad obligationem siue hesternam, siue hodiernam die, contractam, certo resarciat; offerendo aliam Missam sub hac, vel simili intentione: *Applico Missam pro Petro, cuius oblitus sum, si is fructus Missæ à me illi debitus non est lucratus, secus applico pro Antonio, vel contra: nam Deus, cui explorata sunt omnia, illi, cui fructus defuit, applicabit.*

§. XII. De Sacerdote non applicante fructum sue Missæ

1. **S**i Sacerdos, siue per oblivionem, siue per incuriam, siue data opera, nulli applicet fructum sue Missæ, talis fructus cuius erit?

Suarez de Sacram. d. 79. sect. 9. §. Tercio inquiri potest & Valquez disp. de Euch. 231. cap. 3. num. 10. nemini dandum esse docent, sed reponi, seu remanere in Ecclesiæ thesauro. Ratio est (inquiunt) quia Sacrificium, quod est essentialiter oblatio, alicui non prodest, nisi pro illo offeratur. Delugo de Euch. d. 19. sect. 8. 226. putat prodesse Sacerdoti, nam licet Sacrificium nulli alteri prodest, nisi pro illo offeratur, prodest tamen ipsi offerenti, etiam si pro se non offerat. sicut i. junium v.g. meum non prodest alteri, nisi pro eo applicem, at prodest mihi, quamvis mihi non applicem.

2. Sed quidquid sit de his, omnes fateri debemus factò & regulariter prodesse ipsi Sacerdoti, cæterisque Fidelibus. Ratio est: quia omnes Sacerdotes saltem implicite semper intendunt sibi, & fidelibus applicare, quando alteri non applicant: id quod satis innunt illa Missæ, verba, *Offero tibi pro innumerabilibus peccatis meis*, &c. & illa, *Pro omnibus Fidelibus Christianis, vivis atque defunctis*, ut mihi & illis proficiat ad salutem.

§. XIII. De Sacerdote aliquem excludente à fructu sue Missæ

1. **S**upponimus, ut dictum est, intentionem Ecclesiæ esse, ut Missa offeratur pro omnibus Vivis, & Defunctis, utique capacibus, illisque proficiat, pro sua portione; saltem, quoad impetrationem.

Porro fuit quidam Sacerdos (quæ est hominum nequitia!) qui voluit à fructu sue Missæ excludere suum quendam adversarium, Petrum v.g. Quæsitum fuit, quod peccato peccaverit, & rursus, an cum esset Petrum excluderet à prædicto fructu? quod est quærere, an id licet & validè intenderit.

2. Ad primum, fuisse peccatum grave contra Charitatem, & item peccatum aliquod contra obedientiam, certum est. Ita Suarez de Sacram. disp. 78. sect. 2. §. Sed quæri rursus potest. Ratio est, quia adfuit odium, ex quo scilicet virtualiter inductus Sacerdos fuit ad ejusmodi exclusionem. Præterea, licet non teneamur orare pro singulis, tenemur tamen eos non excludere à communibus Ecclesiæ suffragiis. Ita S. Thom. & Nav. citati ab eod. Suarez. Peccatum insuper fuit, contra obedientiam dum non servata fuit intentio, & institutio Ecclesiæ, cuius Minister est Sacerdos.

3. Quoad secundum, incerta res est. Quidam putant excludi ab omni fructu; Quidam excludi quidem à fructu proveniente ex opere operato Christi, & ex privata intercessione Sacerdotis, quia horum fructuum ipse est independens distributor ex institutione ejusdem Christi; non verò à fructu proveniente ex parte, seu nomine Ecclesiæ, quæ cum includat omnes Fideles, non habet Sacerdos potestatem excludendi. Res est ad Scholasticos pertinens, deque ea agit Suarez ibidem.

§. XIV

§. X I V. Cui magis prodest Missa, ei, qui illam audit, an ei, cui Sacerdos eandem applicat?

Rursus quid melius, Missa simul dicta, an successivè?

Denique Missa ante, an post mortem celebrare?

1. Quæsit olim, paupercula Vidua quid consuleret faceret pro suo viro defuncto, curare aliquas Missas pro eo offerri, an ipsam pro eodem aliquas Missas audire. Dixi huic interrogationi responderi posse ex Deologo disp. 19. de Euch. sect. 12. num. 234. Si queratur (ait) num. plus emolumenti afferat, & quod sit utilius homini audire Missam, an petere, ut pro se absente offeratur, existimo, habere, se sicut excedens, & excessum: Nam, quod attinet ad effectus remissionis poenæ, plus proderit Missa absenti specialiter applicata; quoad impetrandum vero auxilia, præservandum à periculis & alia similia, consulem regulariter magis quod audiretur Missa, quam quod in absentia pro ipso offerretur. Cum enim impetratio hæc non sit semper infallibilis, ut supra (d. disp. 19. sect. 9. an. 131.) vidimus, crederem cæteris paribus, facilius exaudire Deum pro eo qui reverenter, & devotè adest Sacrificio: sic enim videtur fuisse congruum ad conciliandam reverentiam, & devotionem erga Sacrificium istud, & hoc ipsum non raro miraculis, & signis extraordinariis videtur Deus ipse comprobasse. Hæc ille.

2. Cum igitur ea vidua, maxime interderit Satisfactionem pro anima vii in Purgatorio, forte existenti, melius facturam existimavi, si Missas curaret viro applicandas, quia Missa applicata, ut dictum est, magis prodest ad satisfactionem poenæ, quam solum audire.

3. Ad eius tamen solamen addidi; Missam auditam multum prodesse, etiam per modum impetrationis ad poenæ remissionem. Sicut enim duplici via potest quis obtinere remissionem poenæ ob furtum v. g. à se commissum, contracta. Primum, si compenset dando alterum tantum: Secundò, si agat Dominum ut liberaliter remittat. Sic proportionaliter Missa applicata satisfacit pro poenâ debita, veluti datur compensationem ex thesauro meritorum Christi; at Missa eadem audita impetrat, per modum orationis, remissionem liberalem ejusdem poenæ, illa igitur paupercula, multis Missis auditis, fortasse impetrabit remissionem poenæ sui vii ad quam remissionem una, vel altera Missa applicata, forte non sufficeret.

3. Dixi eadem, melius facturam, pro concupita satisfactione vii, si eas Missas eodem die simul celebrandas, curaret quam successivè. Sic S. Antoninus in Summa p. 1. tom. 10. c. 2. §. 5. Homob. de exam. tract. 4. cap. 14. q. 12. fin. Ratio consilij fuit, quia quamvis magis mereatur ille, qui centum v. g. Missas successivè diebus celebrandas curet, quam qui simul, eodem die, quia nimirum, sic divinus cultus, per eum magis extenditur, & quamvis quoad fructum Satisfactionis adsit æqualitas ut æquales supponuntur in numero Missæ: tamen, qui eodem die curat dicenda, citius exhibet Deo Satisfactionem, & citius animam à Purgatorio liberat.

4. Denique eidem interroganti, quid pro se ut faceret, curaret, ut sibi applicentur Missæ, dum viveret, an post mortem? Dixi, melius, dum viveret. Ita March. de ord. tr. 3. p. 2. c. 34. a. n. 1. alique. Ratio potissima fuit, quia post mortem lucrabitur Satisfactionem, dum vivit tam Satisfactionem, tum meritum.

§. X V. Quid valeat magis pro Defunctis, Missa applicata, an Bulla Cruciatæ.

1. Instabit aliquis (ne id hæc occasione taceam) quæretque, Quid huic Viduæ modicam pecuniam habenti consulerem magis: Vt curaret duas Missas offerri pro anima sui vii, an potius, ut Bullam Cruciatæ, quæ pro Defunctis distribui solet acciperet?

2. Respondi, nihil videri, cæteris paribus, ut Bullam acciperet, si Bullam sumeret, quæ sit illa, seu quæ sit illa, sive per modum suffragij, sive alio modo. Bulla Plena pro Defunctis. Ratio responsionis ducitur ex duobus illis propositionibus: altera est, vim illam in Missa actu secundo, seu quoad effectum finitam, & limitationem, ut supra cap. 2. §. 1. a. n. 1. quare potest frequenter accidere, ut una vel altera non triginta, centum plates Missæ non sufficiat ad remissionem poenæ quam quis debet. Altera est, quod indulgentiam plenariam satisfieri potest pro quibuslibet debitis, sic enim ea definitur ex Laym. lib. 3. art. 2. num. 1. & passim. Indulgentia plenaria est, quæ conceditur, ut omnem poenam in purgatorio, pro peccatis remittat.

Ex his ita conficitur ratio. Missa applicata non per sufficit ad remissionem totius poenæ, Indulgentia plenaria sufficit. Ego quoad hoc, quod videtur dit fructuosior Indulgentia, seu Bulla Indulgentia conferens.

3. Dixi (cæteris paribus) ut interim ab illis quæstionibus, quæ possent fieri de certitudine indulgentiæ, & de aliis emolumentis Meriti, vel Imperpetuo provenientibus in Missa, de quibus fuit Theologorum Indulgentiæ, & de Missa. Semper autem ponimus certam esse Indulgentiam, qualis præbuit hæc ex Bulla Cruciatæ. Lege Ludovic. a Cruce Bull. Cruciatæ. d. 1. dub. 1. & 2.

§. X V I. An Parochus teneatur aliquam Missam applicare pro suis vicinis.

1. Ex Tridentino sess. 23. de refor. c. 1. in fine, quod habet. Cum præcepto divino mandatum sit, ut quis animarum cura commissæ sit, oves suas pro his Sacrificium offerre, &c. colligunt nonnulli præceptum divinum, ut Parochus, & propter extensionem rationis, Pontifex, Episcopus, Superioremque fructum quicumque, aliquoties saltem in anno Missam applicet pro suis subditis. Et Sotus quidem in 4. dist. 13. q. 1. art. 2. & de Inst. lib. 9. q. 3. art. 1. circa medium, tempore Missæ pro iis offerre Parochum debere existimat. Ita de Sacra. d. 4. q. 2. p. 7. solum, diebus Dominicis aut in hebdomada, Marchinus de ord. tract. 3. p. 2. q. 3. saltem diebus solemnibus.

2. Non pauci id confirmant ex eo, quia Parochus tenetur celebrare quoties populus tenetur audire. Missam ut supra lib. 1. c. 6. §. 2. n. 1. diximus, ergo tenetur illam applicare pro Populo.

3. Non est autem quæstio, quando forte Parochus alio titulo, v. g. fundatore, vel elemosynario, neque quando, ex legitima consuetudine, vel statuto esse in nonnullis Hispaniæ locis notat N. g. n. t. enim quis dubitat teneri?

4. In nostra igitur quæstione dico non adesse obligationem in Parocho, vel Superiore. Ita Val. de gram. d. 234. c. 4. n. 27. alios citans. Ratio est, quia in c. 6. n. 4. diximus, non est apponenda gravis obligatio, illa non constat, ut certe hic non constat ex contrariæ rationis iam patebit.

5. Ad Tridentinum enim respondeo, ibi dici quod adest præceptum divinum, ut oves suas Parochus offerat & sacrificium pro iis offerat. sed non dici, quod sacrificium pro iis particulariter applicet, satis igitur ex universaliter pro iis oret in Sacrificio.

Adde, esse Theologorum doctrinam, quod præceptum quoddam fertur indeterminatè, ad quod obligat, donec à Superiore determinetur, quia cum possit ut indeterminatum in executionem extendatur, fertur præceptum prædictè tunc esse completum, quia adest præceptum divinum indeterminatum, & tunc in vita communicandi, ibi, Nisi manducaveritis carnem filij hominis, &c. quod non explicat de remissione quoties, & quando, ideo ad nihil saltem extra præceptum

lum mortis obligantur, quantum ex hoc capite Fidelibus, donec Ecclesia determinaverit tempus Paschale. Ita Delugo de Euc. disp. 16. sect. 2. n. 28. & de pœnit. d. 15. sect. 3. num. 29. Idem contingit in præcepto Confectionis. Video etiam idem esse in materia Sacrificij: est enim præceptum divinum aliquoties celebrandi in illis verbis: *Hos facite in meam commemorationem*; sed quia nondum Ecclesia determinavit; ad nihil ex vi hujus præcepti Sacerdotes tenentur. Sic idem de Euc. d. 10. sect. 1. num. 9. & 10. Pari igitur modo, etiam si vel Tridentinum, vel præceptum divinum injungeret particulatim applicationem; tamen quia non determinat quando, & quoties (quod certe Ecclesia determinare potest) ad nihil tenetur Parochus.

6. Ad confirmationem negatur consequentia, non enim valet illatio: obligor tibi dare opportunitatem audiendi Sacrum, ergo obligor illud pro te applicare. Nam propterea rectè Marchinus de orat. tom. 3. p. 2. cap. 30. num. 4. defendit Parochum quendam, quem Episcopus coegit, ut ter, in hebdomada, pro suis ovis applicaret Sacrum, ex eo, quia extabat ibi statutum, ut Parochus ter in hebdomada Sacrum faceret rectè, inquam, defendit, siquidem non bene infertur, ut dicebam: obligatur quis sacrificare, ergo obligatur applicare, cum non rectè ex una obligatione inferatur alia. Ita Papius ff. de Minorib. Et sapè quis dicat, quod quando Parochus obligatur celebrare ad benedicendos (ponfos, vel ut est mos alicubi, ad defunctos sepelendos, vel ad consecrandas particulas pro communione sui populi, obligatur etiam pro iisdem Sacramentis applicare?

7. Ex dictis infertur, posse Parochum recipere stipem à populo, ut offerat Sacrum pro ipso, etiam in diebus festis, quia licet tunc obligetur facere Sacrum, sui tamen iuris est in applicando. Nec obstat Constitutio Urbani VIII. de Celebratione Missarum, de qua latè infra lib. 3. hæc enim solum prohibet ne oblitus Sacerdos applicare pro uno, applicet etiam pro alio, id quod non est contra hactenus dicta.

CAPVT III.

De Attentione Sacerdotis dum celebrat.

1. Attentionis duplex est, interna, & externa. Hæc consistit in negatione distractionis externæ: id est, negotij, vel occupationis exterioris, quæ ex se distrahet mentem debeat ab Orationibus, & actionibus Missæ. Ut si quis vellet, dum Missam celebrat, depingere v. g. confabulari, legere Historias, & similia facere; externam attentionem non haberet. Interna consistit in applicatione interna mentis ad Missam: & triplex esse potest. Ad verba integrè proferenda, materialisque actiones suo ordine peragendas. Ad sensum verborum, significationesque Cæremoniarum. Ad Deum, resque divinas contemplandas. Hæc tertia est omnium optima, modo Missæ operationem non impedit, sequitur secunda, infimo loco se habet prima.

2. Licet autem attendendum semper sit habere attentionem internam tertij generis, idque in cæteris orationibus extra Missam sit absolute consulendum, nihilominus in Missa, per sæpè Sacerdotibus potissimum regentibus ordinatis, nec bene instructis consulenda est attentio interna primi generis, ut scilicet ad verba, & actiones, quæ plerumque sunt, & facile omitti, atque cum scandalo committi possent diligenter attendant.

3. Sed jam quid peccabit Sacerdos, si negligens (sed sine contemptu) internam attentionem, solam externam adhiberet? quod est querere, quoniam peccato peccat, si dum Missam celebrat, aliud mentem voluntariè divertat, cogitèque sua negotia, vel philosophicam quampiam questionem speculetur, probabiliter

securus, quod propter habitum Missandi, non omittet debitas saltem graviter cæremonias.

Legi (passim enim occurrunt) Authores tractantes de attentione debita in auditione Missæ, in horis Canonicis, in orationibus cæteris, verum qui tangeret hoc speciatim de celebratione Missæ, non legi.

4. Et videbitur alicui parum esse rationem de his, ac de Missæ celebratione, utrobique enim intercedit oratio, seu locutio cum Deo. Ita quidem in multis, sed in uno non ita, ut mox n. 9. videbimus.

5. Sed enim verò, propter dictam paritatem, recollenda est celebris illa questio. An ad observandum præceptum auditionis Missæ, vel recitationis Horarum requiratur attentio interna, aliqua tandem ex triplici dicta n. 1. an sufficiat externa duntaxat.

6. Equidem locum hic haberem id fusè pertractandi, nisi eam questionem Joan. Delugo de Sac. disp. 2. sect. 2. n. 25. & Aegid. Coninch. de Sac. q. 83. art. 6. dub. unico. à num. 289. lege etiam Dian. p. 1. tr. de horis Canon. Ref. 2. tam eruditè pertractassent, ut addere aliquid velle superfluum, ne dicam operosum, mihi esse videatur: illos ergo lege, apud quos invenies esse duas sententias, utramque probabilem; Alteram, Quam sequuntur Suar. Valsq. Sotus. Nav. Mald. Cæst. Sanch. Turr. aliique innumeri citati à Delugo, & Dian. ibid. requirerent attentionem internam; Alteram, (Quam sequuntur Sylvest. Durand. S. Ant. Palud. Rosel. Coninch. Hurt. & probabilem dicit Less. Henriq. Victorell. Laym. citati ab iisdem, quam approbant dicti Delugo, & Coninch. solidèque confirmant) solum requirerent externam. Itaque, qui, dum Missam ex præcepto audit, vel officium divinum persolvit questionem philosophicam secum mente voluntariè obvolveret, vel sua negotia cogitaret, modo externam attentionem haberet, quia scilicet non poneret distractiones externas ejus generis, quas num. 1. diximus ex probabilibus dicta opinione, præceptum satis adimpleret.

Omnes tamen consentiunt hunc peccare venialiter, aliqua enim semper irreverentia intercedit, si Deum quis alloquatur exterius, mentem aliò voluntariè distractus. His positis, tribus dictis, quæ ad nos pertinent, discernemus.

7. Dico Primò. Sacerdos mente voluntariè distractus Missam celebrans, non effugit peccatum veniale, si celebrat Missam de præcepto, si ex libertate. Ratio est modo dicta, quia semper intervenit irreverentia.

8. Dico Secundò. Distractus voluntariè in his Missæ partibus, quæ ad Canonem non pertinent, si eas ritè operetur (etiam cum celebrat ex præcepto) non audeo dicere cum peccare mortaliter. Ratio est, quia ex Missæ partibus non excedunt rationem orationis ad Deum. Cum igitur probabile sit, ut modo vidimus, recitare orationes de præcepto, cum voluntaria distractione, non esse mortale, probabile etiam erit in casu nostro.

9. Dico Tertiò. Si Sacerdos, per notabile tempus, voluntariè distractus, eas Missæ partes, quæ canonem continent, recitet seu peragat peccabit mortaliter, si Missa celebratur de præcepto, si ex libertate. Ratio, quæ me ad id movet, est discernim, quod intercedit inter Missæ Sacrificium, & cæteras orationes. Hæ enim sunt meræ allocutiones ad Deum, at Missa, est insuprà Sacrificium, hoc est, actus religionis excellentissimus, quo profitemur Deum summè venerari; ut supra suo loco notavimus. Videtur autem mihi gravis esse irreverentia, quod, quis, dum proficitur Deum summè per suam actionem venerari, cum illo irreverenter, per voluntariam distractionem, se gerat: & in tanto Ministerio, de quo tremunt Angelorum ordines, omnia alia cogitare velit, quam mente attendere ad quod operatur. Adde, & mortale periculum aliquid grave omittendi, vel non ritè operandi, &c.

10. Dixi autem (quæ Canonem continent) sibi enim continetur ratio Sacrificij: nam licet hujus essentia per nos in sola Consecratione consistat c. 1. §. 1. num. 1. & c. 2. §. 16. n. 6. proximè tamen antecedentia, & proximè consequentia, qualia sunt, quæ toto Canone continentur;

M maximè